



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

8. Dies Decemb. Maria est naturarum inter se unitarum officina; Salutaris reconciliatonis panegyris. S. Proclus Hom. de Nativit. Dom.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

8. DIES DECEMB.

Maria est naturarum inter se unitarum officina; Salutaris reconciliationis panegyris. S. Proclus Hom. de Nativit. Dom.

Mariæ I.
Concep-
tio.

Quis hodie non sit pro Virgine Panegyricus; dum illa concipitur, (quod à nullo percipitur) quæ est *Salutaris Reconciliationis Panegyris*? Quam locuples nobis hodie aperitur officina; in quâ duæ naturæ, divina, & humana Sacro-sancto vinculo sic uniuntur; ut in duabus naturis, eâdem subsistentiâ nixis, una tantum sit persona. Quantam nos omnes par est lætitiam concipere: dum illa, quæ est causa nostræ lætitiarum, concipitur? Quantò, & amoris impetu in eam ferri: quæ est Mater ipsius Amoris, & quo post Deum, nihil est amabilius. Nihil sic indiget magisterio, quam Amor: nec enim turpius erratur, quam dum, quod dignum est odio, amatur. Amare verò, is docet optimè, qui est optimus, qui & ipse totus Amor est: & cujus tota vita, amor est: & qui quilibet amando, facit amore dignum, quod amat: Deus, inquam, ejus exemplo quidquid amatur, securissimè amatur. Is verò post se ipsum nihil amavit supra Mariam vehementius: nihil condidit amabilius. In tota rerum natura nihil est animâ humanâ post Angelos, & dignitate suâ, & pulchritudine amabilius: sic ut visâ illâ pulchritudine homo mallet subire omnia omnium Martium tormenta: mallet, licet foret alter divitiis Cræsus, facere bonorum omnium jacturam: mallet, licet

Qqq;

venu-

982 *Christiani Militis* Decemb.
venustate formæ esset alter Absolon, amissâ omni
pulchritudine, Thersite esset deformior: quâm illam
minimo minimi peccati nævo contaminare.

II. Si qnævis anima sit tantæ pulchritudinis,
quantæ debuit fuisse Anima Mariæ, quæ velut an-
marum Regina, elegantissimam retulit Deitatis-
imaginem: sic ut nulla fuerit, aut futura sit elegan-
tior: cujus aspectu, velut lucidissimi in creatis, ip-
culti sui, seipse Creator oblectârit: præsertim cùm
dem Anima, beneficio illi uni singulari, ab omni
fuit peccatilabe (quæ unica tollit, minuit anima
amabilitatem) tam originali, quâm actuali eximia,
adeoque puritate suâ, amabilissima. Quid, quod
Gratiarum in ea plenitudo: & virtutum omnium in
ea occurrentium perfectio, ac honorum omnium
naturalium, ac supernaturalium copia, sit maxima-
lam amandi illecebra. Fuit enim, ut naturæ prodigium:
sic & Gratiæ miraculum. Angelus pleno ac
eam extulit, dum gratiâ plenam protulit. Quid po-
rò pulchrius Gratiâ: quæ omnis cum Deo, quæ
pulcherrimus pulchritudinis Auctor, amicitia on-
go est? Si quævis etiam minimæ gratiæ tanta est pul-
chritudo: quanta erit, ubi est Gratiæ plenitudo?
quidem tanta, ipso primo, quo concepta est, mo-
mento, ut nullus eam adæquârit, ut omnibus nobis
abundet. Huic plenitudini Gratiarum accedat plu-
nitudo Virtutum, & quidem singularum in summo
gradu eminentium: hæ singulæ adeo fuerunt in ea
absolutæ, ut meritò Regina Virtutum indigitetur:
virtute autem nihil amabilius. Merita vero ejus tan-
ta fuerunt, quanta illius gratia nunquam vacua, au-
feriendo otiosa: quantæ virtutes semper incen-
quanta

decemb.

Tessera.

983

quanta Gloria, inter Beatos omnes summa. Et Virgo tanta tam amabilis, quam ipsa amabilitas, tuum non mereatur amorem? o mi Amor! quo vagaris? hic fuge sedem, ubi nullam reperies ab origine, originis labem? Unde Filius Dei suam deflumperit carnem: non errabis amando, nec peribis errando.

III. Agnosco te Matrem meam, o Mater Dei, & Mater Gratiae, & Misericordiae! obsecro, ne obvicias nominis tui: de quo tu ipsa gloriaris. Mater Gratiae diceris & Misericordiae: sed hunc titulum quid tibi dedit, nisi nostra miseria: quia tam sumus miseri, ut egeamus omnes tua gratia, & miseratione. Quare, quia ego sum omnium miserrimus, maior & jus presumo me habere in viscera tuae Misericordiae. Dignitas magna tua, accidit ex mea maxima indignitate: Sanctitas tua ex meis peccatis: ideo presumo me habete primum locum in tua misericordia: quia primus, & maximus omnium peccator sum, & plus ceteris miser. Non tantâ perniciitate fertur in cadaver aquila, quam in miserum tua misericordia; quae tunc demum desinet misereri, dum deerit, cui misereatur. Matrem Dei, te fecerunt peccata hominum: at peccata mea sola sunt tot, ac talia, ut vel illa solùm sufficerent, ut te facerent Matrem Misericordiae. Recordare, quod hunc honorificum titulum, de quo post titulum Matri Dei, & Virginis, supra ceteros gloriaris, ego solus possim sustentare, ob innumera mea peccata spero in misericordia tua: Ego miserrimus, & credo verissime dictum à famulo tuo Blasio:

(a) Citius calum & terra perierit: quam tu aliquem serio

Qqq 4

de m-

(a) Specul. Spirit. c. 12.

984 Christiani Militis Decemb.
se implorantem, tuâ ope destitutas. Quantò certius
credes illam fuisse conceptam sine labo: tantò cito
expiaberis ab animi clade.

Nulla fuit labes in mente, aut corpore tabes.

9. DIES DECEMB.

Christi velle, fecisse est. *Ambros. de bono cap. 12.*

Christus, I.
homo &
Deus.

Hactenus de Deo, modò
labimur ad Deum Hominem
ut cum eo brevi nascituro, mo-
riamur mundo, renascamur
cælo. Quid non sperandum ab illo boni? cùmp-
xtà tesseram, *illus velle, sit fecisse.* O velit tantum,
(& quid non volet nobis boni, ipsa Bonitas) & fieri
proferat semel illud leproso dictum: *Volo, mundare:*
& illicò mundus erit totus mundus. Christo enim
voluisse mundare, est mundasse. Ut igitur extor-
queamus illud *volo*, ab eo: cuius velle, est fecisse, ad
Christum, ut ad omnis amoris centrum, & Intel-
ligens nervos omnes industriae, & voluntas omnes vi-
res amoris convertat. In primis, si amorem è corde
evocet species pulchritudinis, est ipse speciosus for-
mâ præ filiis hominum. Quia quam pulchritudinem
habuit Verbum, quod erat in principio apud Deum:
eandem habet & Verbum Caro factum. Ejus Divi-
nitatem copulatam cum ejusdem Humanitate, scitè
describit Isidorus: (a) *Mediator Dei, & hominum,*
homo Christus Jesus: et si aliud, ex Patre: aliud ex Vir-
gine: non tamen aliud ex Patre: aliud ex Virgine: sed ipse
eternus, ex Patre: ipse temporalis, ex Matre: ipse qui fecit:
ipse

(a) *Sent. l. i. c. 15.*